



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

5. Quae ratio exequendi citationem, qui eiusdem effectus & quae personae citari valeant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

in qua Episcopus iudicans non habebat potestatem. Ita *Abb: in cap. cum Ecclesiarum. sub n. 101. verb: unum tamen scias. de off: ord: & DD. communiter.* Ad quintum, Nego consequentiam, & ad primam probationem dico, fugientem extra territorium post delictum, citari sufficienter in domo, vel in alio loco publico territorii, quia per fraudem fecit se indignum citatione personali. Ad secundam probationem negatur assumptum: nam executio citationis extra territorium non exigit strepitum iudiciale, sicut exigit citatio, quia trahit secum effectum suum: ergo citatio existentem extra territorium afficere non potest. *Limita.* Nisi procedat à Iudice domicilii, qui subditum suum ubiq; existentem citare potest, teste *Gail: cit: libr: 1. observ. 56. in fine.* Cuius ratio est, quia quocunq; se transferat semper manet subditus: cum propriè subditus dicatur ratione domicilii. *cap. licet ratione. h. t. & ibid: Felin: Gail: lib: 2. obs: 35.* quod & incolas facit, *L. domicilium, & ibid: Gl: ff. ad municip: L. si in patria C. de incolis. lib. 10.*

5. Porrò commissione citationis nuntio

tio facta, debet is eam insinuare Reo, in
 faciem, aut eo non reperto Procuratori
 eius si quem reliquerit, aut domesticis, vel
 si nemo adsit vicinis eius, relicto ibidem
 suæ commissionis exemplo, ut ad reum
 citatio perveniat. *L. 2. in princ. ff. de agnos:
 lib. cap. causam 3. de dolo.* Quod si citandus
 plures ædes habeat, executio citationis ad
 eas ædes fiet, in quibus majore parte an-
 ni egit, arg. *Clem: causam. ibi In domo quam
 &c. de elect.* Si autem æquali tempore in o-
 mnibus habitaverit, citabitur ubi citatio-
 nis tempore agit: quâ citatione executio-
 ni mandatâ, relatio nuntii fieri debet, ut
 actis inferatur, & huic fides datur ob jura-
 menti religionem quâ Judici adstrict⁹ est:
 quanquam asserenti se ex mandato judi-
 cis citasse non credatur, quia ei solum de
 facto suo quale est executio, non etiam de
 facto alieno, cuiusmodi est commissio Ju-
 dicis, creditur. *Gail: cit. lib: 1. obs: 54. n. 4.*

6. Quod ad effectum citationis attinet:
 I. ea citatum constringit ad comparen-
 dum, nisi justâ exceptione se tueatur: ut
 quod Magistratum gerat, quod sit Parens,
 vel Patronus, quos sine permisso Præto-
 ris in.